Michael Denis: Codices Manuscripti Bibliothecae Palatinae Vindobonensis Latini Aliarumque Occidentis Linguarum. Vol. I. Pars III.

Wien, 1794 Seite 2605

Quelle:
Copyright:

Thomae de Haſelbach Tractatum de *Contractibus* occaſione Quaeſtionis eidem a D. *Jacobi* Sanctimonialibus *Viennae* propoſitae: *An contractus per eas cum magiſtro ciuium et conſulibus ciuitatis Wienn. generaliter factus et conſumatus ſit licitus, in quo centum et decem florenos vngaricales annue ipſis ab eisdem preſentandos pro tribus milibus et trecentis florenis vngaricalibus comparauerunt ſiue emerunt, ſub titulo tamen reemptionis, quando placuerit vendentibus et eorum ſucceſſoribus pro ſumma prenominata.* Ingreſſus eſt: *Religioſis ſororibus in cbriſto filiabus. Petronelle Magiſtre ac Conuentui ſororum ad ſanctum Jacobum Wienne, ſancti Auguſtini ordinis Canonicorum regularium Thomas de haſelbach arcium et ſacre pagine profeſſor inmeritus, ſponſo Eccleſie et veſtro obuiam procedere venienti accenſis lampadibus cum gaudio et ſalute* &c. In *Puncta* XVII. tota Tractatio dividitur, *Punctoque* VIII. Contractus ejusmodi *licitus et legitimus* pronuntiatur. Clauſula eſt: *Hec ſalus meliori juditio quorum cunque, in cbriſto ſorores amabiles, vobis ad veſtram inſtanciam volui conſcribere — preſtolans orationes pro mercede. Anno domini 1454. Conuerſionis ſanctiſſimi pauli die.* Tractatus ſimiles *Henrici de Haſſia* &c. habentur *Codd.* variis, ut *Index* docet.

II. *fol.* 37. absque titulo et Autoris nomine *Tractatus* ejusdem *Thomae Ebendorfer de Haſelbach de ſex Operibus Miſericordiae*, qui conſtat *Sermonibus* ſacris per *Quadrageſimam* habitis in C. 25. Matthaei: *Eſurivi et dediſtis mihi manducare* &c. Initium eſt: *Dominus noſter Ibeſus cbriſtus cupiens nos invitare ad agenda bona opera pietatis et miſericordie* &c. Sermo *ultimus* imperfectus videtur deſinens in haec verba: *Vnde iam non reuertetur.*

III. *fol.* 76. Ejusdem Tractatus: *An liceat viris eccleſiaſticis, curatis et prelatis tabernas tenere et vinum ad ducillum* (duciculum, conum epiſtomii, germ. vom Zapfen) *vendere et quomodo ſine rationabili obtrectatione.* Anſam ſcribendi exponit Prooemium: *Uenerabili patri domino. M. prepoſito monaſterij Sancte Dorotbee ordinis ſancti Auguſtini Canonicorum regularium wyenne Thomas Ebendorfer de haſelpach ſacre pagine profeſſor indignus ſalutem* &c. *Attonitus plurimum veſtre paternitatis ſuſcepi querelas, quomodo quidam laycus, qui ſibi ſciolus videtur et ſapiens — improperia congerere vti ſtomachatus non dubitauit, Precipue tamen quia in veſtris monaſterijs et locis vinum proprijs ſtipendijs excultum venditur ad ducillum, aſſerens boc illicitum et tanquam propbanum a lege dampnatum. Supplicauit quoque mee paruitati quatenus ſuper boc moto dubio meam ipſe dignarer aperire ſententiam. Deuictus igitur eo caritatis glutino, quo olym in iuuentute multa familiaritate ſtudendo pariter conuerſati fuimus, libenter aggredior* &c. Materiam ergo in X. Puncta partitus, ultimo decernit: